



zu 005

O. i. 840 (1-101).

POSITIONES.
DE BONORVM
ET DOTIS COLLA-
TIONE.

QVAS DEO AVSPICE PRAESIDIBVS,
CLARISSIMIS ET CONSULTISSIMIS VIRIS D.
Ioanne Michaëlis Cronenburgero, Dictatore, & D. Io-
anne Hollandt Fisco, SS. LL. Licent. in celeberrimo
Agrippinensium juris Collegio, publi-
cè discutiendas exhi-
bet.

IOHANNES CONRADI SV-
TORIVS VVERNENSIS.

*Anno restitutæ salutis CI. C. LXXXVII.
X XV. Septemb.*



COLONIAE AGRIPPINAE S
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

CONTINUATIO.

Cum prator ad bonorum possessionem contra tabulas emancipatos admitteret, (a) participes q̄. faceret cum his, qui erant in potestate, bonorum paternorum: consequens esse credidit, ut sua quoque in medium conferrent, qui appeterent paterna, (b) discussa itaque bonorum possessione, nunc iusta methodo bonorum & dotis collatio subijcitur.

(a) tex. in l. i. ff. h. t. §. emancipatos Instit. de exhæred. liber. tot. tit. ff. & C. de bon. poss. cont. tab. (b) verba tex. d. l. i. in princ. VVesemb. in parat. in princ. gl. in rubr. ff. h. t.

THESIS I.

Collatio est jus, quo res propria (a) in commune rediguntur, (b) vel alias prout expedit conferuntur. (c)

(a) l. prator 3. §. Iulianus 2. ff. de collat. bon. l. illam 19. §. talem C. eod. VVesemb. in parat. nu. 2. gl. ad d. rubr. (b) gl. VVesemb. dd. locis Sichard. ad rubr. C. h. t. nu. 8. (c) non enim semper fit collatio communicando, sed quandoque minus accipiendo, quandoque liberando vel cavendo l. dotis d. l. illam C. eod. Vital. Nemauf. in tract. suo de collat. nu. 4.

II.

Primo hoc ius à Pratore introductum, (a) per angustis admodum cancellis circumscriptum, (b) postea non solum à Iureconsultis: (c) sed etiam Imperatoribus (d) dilatatum est.

(a) d. l. i. in princ. Ioan. Sichard. ad d. rubr. nu. 4. (b) Sichard. d. num. 4. & sequenti: (c) l. si filius familias 10. ff. h. t. Nemauf. d. tract. num. 11. (d) l. i. ff. de collat. dot. l. ut liberis 17. C. h. tit.

III.

Olim enim soli emancipati suis conferrebant, cum illos damno affecissent, (a) sui emancipatis non item, (b) neque emancipati emancipatis, (c) hodie autem tam emancipati emancipatis, (d) tam sui suis, (e) quam etiam mixtim concurrentes (f) conferunt.

(a) d. l. i. in princ. & §. pater filium. §. toties, ff. h. t. l. filium quem pen. §. videamus, ff. de bon. poss. cont. tab. (b) nihil eum proprij habebant: cum omnia patri acquirerent, §. t. Instit. per quas pers. cuique acquir. excip. casum l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. erisc. (c) d. l. i. §. fin. l. cum emancipati 2. §. si tres §. ff. l. si emancipati 9. C. h. t. (d) d. l. ut liberis. Bart. in d. l. si emancipati num. 3. (e) l. filia 4. C. h. t. Nemauf. d. tr. de person. confer. nu. 9. (f) d. l. filia d. l. ut liberis. Sichard. d. rubr. nu. 9.

IIII.

Habet itaque locum collatio inter solos descendentes, cum de successione ascendentis agitur, (a) dummodo ijs legitima debeat, (b) & in universum jus succedant: (c) titulo enim singulari succedentes conferre non coguntur. (d)

(a) gl. in

(a) gl in l. i. C. de legit. hæred. in verb. dotatas. VVefemb. in parat. nu. 4. Nemauf. per d. l. i. & l. fin. C. com. utr. jud. (b) Nemauf. d. tr. nu. 17. Conrad. Lag. p. 4. Method. Jur. civil. c. 27. num. 9. (c) Sichard. in d. rubr. num. 12. Nemauf. d. num. 17. (d) l. à patre 10. in verb. extero junct. gl. ibid. l. filiam 15. C. h. t. l. ex causâ 25 C. famil. ercisc.

V.

Neque solū filij verum etiā nepotes & pronepotes conferunt, (a) ita tamen ut si plures sint nepotes jure representationis unius locum occupent. (b) sive ipsi conferant, sive ipsis conferatur. (c)

(a) l. illam 19. ubi Bart. C. h. t. l. illud fin. C. com. utr. Jud. Sichard. in saped. rubr. num. 9. (b) de quo in §. cum filius Instit. de hæred. quæ ab intest. §. 1. Nouell. de hæred. ab intest. ven. (c) l. si nepotes 7. l. 2. §. si duo ff. h. t.

VI.

Filij etiā qui in adoptiva familia sunt, non ipsi, sed ij qui eos in potestate habent: (a) nisi eos sine fraude emanciparint, (b) conferunt.

(a) l. i. §. is quoque 14. ff. h. t. l. filia 2. ff. de collat. dot. (b) d. §. is quoque verf. sed ita demum, l. si quis filium 5. ff. h. t.

VII.

Nunc res quæ collationum ll. subjacent, videnda sunt. (a) Et quidem omnes sive corporales, sive incorporales veluti actiones, (b) & nomina ex contractu tam puro, quam conditionali debita, (c) collationem admittunt.

(a) Sichard. ad d. rubr. num. 13. Nemauf. in princ. d. tr. de collat. (b) gl. in princ. l. 2. post tex ibid. in §. id quoque 3. & §. emancipatus 4. ff. h. t. (c) d. l. 2. §. id quoque & ibi gl.

VIII.

Ex contractu dico, quia actiones ex delicto descendentes, non conferuntur, (a) modo vindictæ & non rei familiaris persecutionem habeant. (b)

(a) d. l. 2. §. emancipatus Vital Nemauf. quæst. 38. d. tr. (b) d. §. emancipatus cum gl. ibid. Nemauf. d. q. in fin.

IX.

Et licet olim quidem adventitia etiam in commune ferenda fuerint, (a) hodie tamen sola profectitia, (b) in adventitijs, (c) Castrensibus vel quasi, (d) nec nō illis, quæ filio dignitatis consequenda causâ, data sunt, collatione cessante, (e) conferenda esse assero.

(a) d. l. i. in princ. ff. h. t. Sichard. d. rubr. num. 13. (b) l. filix 4. vbi gl. l. filix licet 12. l. ut liberis 17. C. h. t. (c) l. fin. C. cod. Sichard. d. lo. (d) l. i. §. nec Castrense ff. d. l. filix licet, C. h. t. l. cum duobus 52. §. Papinianus ff. pro socio. (e) alleg. §. nec Castrense & ibi Bart.

X.

Quod tamen non de omni, sed de illa dignitate, quæ neq; alienabilis, neq; ad hæredes transmissibilis est, verum puto. (a) illa enim quæ vel vendi, vel hæredibus relinqui potest, conferenda est. (b)

(a) d. l.

(a) d. l. i. §. sed an id ubi Bart. ff. cod. gl. in l. omnimodo 30. §. imputari in verb. & illa C. de inoff. test. Ferrar. in sua pract. in form. libell. pro hæred. vel sing. reb. nu. 15. (b) d. l. omnimodo, l. pen. C. h. t. in princ. Ferrar. d. lo. Cujac. lib. 3. obs. 30. fallit in militibus silentiaris, d. l. omnimodo.

XI.

Similiter nec illa, quæ studentis filio, à patre suppeditata sunt, in commune feruntur, (a) quia & illa dignitatis adipiscende causâ data esse intelliguntur. (b)

(a) l. quæ pater 50. ubi Bart. ff. famil. ercisc. d. fac. l. de bonis 6. §. non solum 5. ff. de carbon. edict. Rebuff. de privileg. Scholarium privileg. 55. (b) Bart. in d. l. i. §. nec Castrense vers. quæro num. 7. ff. h. t.

XII.

Atq; impensas in sua studia erogatas, usque adeo præcipuas habebit filius, ut es alienum ratione studiorum, parente superstite conflatum, eo defuncto ex communi hereditate solvendum veniat.

d. l. i. §. sed an id. 16. ubi gl. in verb. conferre, Bart. in d. §. nec Castrense num. 12. in fin. ff. cod. tit. arg. l. si filia 20. §. idem scribit ff. famil. ercisc. l. Macedoniani 5. C. ad SC. Macc. Schneid. ad §. quædam in act. famil. ercisc. nu. 55. Instit. de action.

XIII.

An autem patre prædefuncto invitis fratribus de communibus bonis studium continuare possit, à Dd. disputatur, alijs affirmantibus, (a) alijs negantibus, (b) alijs mediam viam eligentibus, (c) ego negantium opinionem defendendam suscipio. (d)

(a) Dyn. in l. Lucius ff. ad municip. per d. l. filia §. idem scribit. Schneid. d. loco alleg. Bald. in l. filia C. famil. ercisc. (b) Bart. in d. l. i. §. nec Castrense num. 12. Nemauf. quæst. 37. Schneid. d. §. quædam nu. 55. (c) Ferrar. sup. alleg. loco nu. 24. distinguit, utrum modico an longo tempore studuerit hoc casu Dyn. illo verò Bart. adhærendum autumat. (d) propter rationes, Bart. & arg. l. Et si filium 15. ff. de muner. & honor. l. Lucius 21. §. idem scribit 2. ff. ad municip.

XIV.

Libri etiam à patre filio donati utrum præcipui esse, an vero conferri debeant, non satis inter Dd. convenit, & licet pleriq; distinguant inter doctorali laurea insignitos, & ceteros studiosos: (a) ego tamen, modo ceptum studium perficiant, tam studiosorum, quàm Dd. libros præcipuos judico. (b)

(a) Bart. in d. §. nec Castrense in princ. Ferrar. d. lo. nu. 16. & com. Dd. prout eos alleg. Nemauf. q. 5. (b) cum propter, l. quæ pater 50. ff. l. filia 18. C. famil. ercisc. l. de bonis, §. non solum ff. de carboni edict. tum propter favorem studiorum. Bart. in l. i. nu. 3. ff. sol. matr. Nemauf. d. q. 5. vide Rebuff. de privileg. Scholar. privil. 55. ubi plures Dd. idem agentes cumulat. VVef. in parat. ff. de collat. dot. num. 3.

XV.

Dos autem (a) & proter nuptias donatio. (b) non modo ab his quibus data sunt: (c) sed etiam ab eorum liberis, (d) conferenda sunt. (e)

(a) l. i.

(a) l. 1 ff. de collat. dot. l. si pater, l. pactum, auth. ex testamento l. filiae dotem 4. l. si soror
2. C. de collat. (b) l. ut liberis C. cod. arg. Nouell. 95. de aequal. dot. & prop. nup. don. (c) tex.
in dd. l. (d) l. si filia 20. ff. famil. ercisc. l. 2. in princ. ff. de collat. bon. (e) d. l. ut liberis, l. quoniam
Novella 29. C. de inoff. test.

XVI.

Planè illam dotem, quam quis sua filia dedit, (a) nec non illam quam ab uxore sua habet (b) conferri jura vetant.

(a) l. filium emancipatum 4. ff. de collat. bon. d. l. 1. §. si emancipatus ff. de collat. dot.
(b) l. 1. §. emancipatus 20. ff. de collat. bon. l. 3. §. quare 4. cod. fac. d. l. 20. §. hoc amplius ff. &
l. uxor 2. C. famil. ercisc.

XVII.

Mundi, vestitus, reliquorumq; muliebrium ornamentorum tempore nuptiarum donatorum collationem non esse in eundam, quidam (a) asserunt: Ego tamen illa conferenda existimo. (b)

(a) VVef in parat. nu. 3. ff. de collat. dot. referens. Bald. in l. filiae num. 4. C. famil. ercisc.
Sichard. in d. l. filiae (b) cum Gaill. lib. 2. obser. 91. nu. 5. cum sint accessiones dotis, & de illis
idem quod de dote sit iudicium, l. inter focerum 22. §. cū inter, ff. de pact. dotal. l. 8. C. de
jure dot.

XVIII.

Generaliter rem definiendo omnia illa, quae inofficiosi querelam intentanti, in legitimam computari solent, collationi subjacent. (a)

l. pen. C. h. t. hac tamen regula de qua sitis post mortem patris non est accipienda, l. ea
demum 6. l. filiam 16. C. l. 1. §. si ab 19. ff. h. t.

XIX.

Atque hinc illa Dd. promanat quaestio, cum simplex donatio non computetur in legitimam, (a) an conferenda sit, quam ego Dd. (b) altercationibus ommissis distinctione determinadam censeo: ut facta suo & in potestate remanenti collationi subducatur (c) in emancipatum verò collata, conferatur. (d)

(a) tex. in l. si quando 35. §. & generaliter C. de inoff. test. Bart. in l. illud 20. C. h. t. nu. 3.
(b) Ioan. & Plat. affirmant conferend. Azo cum suis negat. (c) Cum enim ab initio donatio
non valeat. l. donationes antep. C. de donat. int. vir. & vxor. l. 2. C. de inoff. don. morte
confirmatur & sortitur vires legatorum, l. in donatione, C. ad l. Falcid. & vi consequentis
non confertur, d. l. ea demum & l. à patre C. h. t. (d) l. ut liberis in fin. C. cod. Bart. in d.
§. nec Castrense num. 11.

XX.

Proinde cum hac bonorum collatio dicatur, (a) & ere alieno non deducto minimè bona dicantur, (b) consequens est ut quod collaturi, alijs pure debent non conferant, (c) & quae sub conditione, ante praestitam de eo quod collatum est, restituendo cautionem conditione existente, in commune non ferant. (d)

(a) tot. tit.

(a) tot. tit. ff. & C. h. t. (b) l. sub signatum 39 §. bona ff. de verb. sig. l. 2. §. illud ff. h. t. l. non possunt 6 ff. de iure fisci, & nomina rebus debeant in iure esse convenientia §. est & aliud & quæ ibi not. Dd. Instit. de donat. (c) d. l. ea demum, (d) d. l. 2. §. illud arg. l. sed etsi damnum 9. §. pen. ff. de pe. ul.

XXI.

Hinc & illud infertur, cum impense in res dotales facte, ipso jure dotem minuant, rationem earum in collatione facienda habendam esse.

l. conveniri, aliâs incip. Illud convenire in fin. ff. de pact. dot. l. quod dicitur §. l. quod dicitur 15. l. 1. §. in necessarijs 3. & per tot. ff. & C. de impens. in res dot.

XXII.

Fit autem collatio dupliciter; re ipsa & cautione; (d) re ipsa multi modis: vel per actualem numerationem: debitoris delegationem: minoris receptionem vel compensationem. (b)

(a) l. 1. §. quamvis 11. VV. clem. in par. num. 6 ff. h. t. Lag. d. cap. 27. num. 5. Cujac. lib. 3. obser. 30. (b) d. §. quamvis. Cujac. d. loco. Nemauf. d. tract. de perf. confer. num. 24. Schar. ad rubr. C. de collat. num. 17.

XXIII.

Committiturq; hac collationis stipulatio, si interpellatus cum aliquo spacio, quo conferre potuit, non conferat (a) aut dolo, quominus conferre possit, faciat, & quanti ea res erit, in tantam pecuniam condemnabitur. (b) Nec refert utrum omnino collatio omissa an pro parte tantum facta sit. (c)

(a) l. si quis filium §. §. stipulatio ff. h. t. Nemauf. de person. confer. nu. fin. Lag. d. loco, num. pen. (b) d. l. §. §. & si ve fin. ubi Dd. Nemauf. Lag. dd. locis (c) d. l. si quis filium §. si ve ergo 2.

XXIV.

Si vero neque cavere, neque realiter conferri velit is qui paterna appetit, hereditariae actiones ei denegabuntur, (a) quæ tamen cavere vel conferre prompto, restituentur. (b)

(a) l. 1. §. si frater & §. si cum duobus 13 ff. l. si maritus 14. l. filia licet 12. l. posthumo 11. C. h. t. (b) d. §. si frater, l. nonnunquam & utrobique gl. ff. h. t.

XXV.

Sed si duobus cavendum, & uni quidem cautum, alteri vero nulla cautione prospectum sit, utrum in totum an pro parte actiones denegabuntur? & siquidem ob contumaciam in totum; (a) si vero ob inopiam cavere cessaverit pro parte (b) actiones denegandas censeo.

(a) d. l. 1. §. si cum duobus ff. h. t. arg. l. qui duos 4. ff. in ius voc. ut eant vel satis d. l. si constante §. quoties ff. sol. matr. c. de fleat peccator 9. ext. de reg. iur. (b) d. §. si cum duobus cū glo. ibid. & in d. l. qui duos Nemauf. de perf. conf. nu. 25.

XXVI.

Quod si hereditariae actiones (puta quia rem possidet (a):) ipsi necessaria non sint, iudicis officio, ipsum ad collationem coarctandum puto. (b)

(a) Bart.

(a) Bart. in d. l. si soror 8. VVes. in parat. nu. 6. (b) d. l. si soror C. h. t. l. i. ff. de collat. dot. & utrobique Dd. Sichard ad d. rubr. nu. 15. Nemauf. proximè d. loco.

XXVII.

Effectus porro collationis tantus est, ut ne renuntiatio quidem liberorum, qua donatione propter nuptias aut dote contenti, paterna successioni renunciarunt, illos à successione arceat, (a) juramento autem munitam renunciationem pontificum jus sustinet. (b)

(a) l. pactum dotali 3. C. de collat. & ibi Sichard. Bart. & com. Dd. l. si quando 35. §. illud etiam C. de inoff. test. l. ult. ff. de suis & leg. hær. (b) c. quavis 2. de pact. in 6. Didac. Couarr. ad d. c. Sichard. & Bart. d. lo.

XXVIII.

Promissionem vero principis per honorem & fidem principalem (bey Fürstlichen Ehren vnd treuwen) asseverationem monachi per CREDE MIHI, utcumque alij pro juramento habeant: (a) Mibi tamen utraque ad stabiliendam renunciationem de jure inefficax videtur. (b)

(a) Gaill lib. 2. obser. 59. nu. 1. 2. & per discurs. Mynf. cent. 1. obs. 17. de promissione principis, gl. in l. non erit, §. sed si quis in verb. religionis ff. de jureiur. de asseveratione Monachi affirmant. (b) Non enim juramenti definitio ei tribui potest. Didac. Covarr. in relect. d. c. p. 1. §. 2. nu. 2. c. etsi Christus 26. de jureiur. 22. q. 1. c. si quis per capillum. VVes. in par. nu. 6. & 14. ff. de jureiur. Zas. in §. si quis postulante nu. 8. Instit. de action. ubi denotatum esse illud, gl. in d. verb. religionis asserit.

XXIX.

Cessare faciunt collationem jussus paternus, (a) & filij ab hereditate paterna abstentio. (b).

(a) fac. auth. ex testamento l. filia 4. l. filiam is, C. h. t. VVesemb. num. fin. in parat. ff. de collat. dot. l. 1. §. vel maximè 6. & §. seq. ff. h. t. (b) d. l. 1. §. pater filium, l. ex causa 25. C. famil. c. c. l. fin. ff. de collat. dot. Sichard. ad rubr. num. 12.

PARERGA.

I.

Legitimati per subsequens matrimonium non solum in bonis allodialibus, (a) & feudilibus, (b) succedent, sed etiam ad quoscunque honores & dignitates admittentur. (c)

(a) l. cum quis 10. l. nuper 11. C. de naturalib. lib. §. quibus connumerari Instit. de hære. quæ ab intest. deser. (b) Mart. Laudens. in c. naturales nu. 9. si de feud. def. fuerit controversa. Curt. 2. memb. 3. p. princ. nu. 41. VVesemb. in Epit. feud. c. 6. Zas. de feud. success. nu. 76 & est com. feudist. teste Schneid. ad d. tit. Instit. (c) c. tanta qui filij sint legitimi glo. & canonist. in c. innotuit. ext. de elect. Schneid. d. loco de success. filiorum nat. & legit. nu. 9.

II.

Statuta etiam officiorum mechanicorum aut aliorum corporum, de non recipiendis in ordinem suum spurijis aut illegitimè natis hos non excludere concludo.

VVesemb. in §. aliquando autem fin. Instit. de nupt. num. 3. fac. quod tradit Gaill lib. 2. obs. 141. omnia enim antecedentia vitia purgat connubium sequens d. c. tanta, & retrahitur, VVesemb. d. num. 3.

153255

AB: 153255

(X2203998)

K





De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum



Inches
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

POSITIONES.
DE BONORVM
ET DOTIS COLLA
TIONE.

VAS DEO AVSPICE PRAESIDIBVS,
ARISSIMIS ET CONSULTISSIMIS VIRIS D.
Iohanne Michaelis Cronenburgero, Dictatore, & D. Io-
hanne Hollandt Fisco, SS. LL. Licent. in celeberrimo
Agrippinensium juris Collegio, publi-
cè discutiendas exhi-
bet.

IOHANNES CONRADI SV-
TORIVS VVERNENSIS.

*Annorestituta salutis CI^o. IC^o. LXXXII.
X XV. Septemb.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

75